

Cum auxilium a Christo exposcent, *discipuli* dicuntur, et cum admirantes prodigium stupent, *homines* nominantur. Num admiratio prodigii eos deposuit ab apostolatus fastigio? Quid admirationi inest, ut tunc *homines* appellerentur, qui nuper fuerant *discipuli* nuncupati? S. Chrysologus, *Serm. xx*, ingenio et eloquio argutus sic respondet: « Discipuli sunt hi qui accedunt ad Dominum, qui salvari se humilii supplicatione deprecant. Homines vero dicuntur, qui elementa Christo totaliter obedire mirantur. » Nempe cum in tribulationibus existentes, humillime ad Christum confugiunt, discipuli humiles dicuntur; at vero extra tribulationem positi, non jam humili vocabulo *discipuli*, sed quodam prestanti elogio, non vulgariter *homines*, sed aliquo sublimiori titulo, honoris causa, homines nuncupantur. O quam igitur utiles sunt tentationes quæ sic nos humiles conservant, et oculos aperiunt, ut nosmetipsos agnoscamus!

S. Antoninus de *Tentatione* scribit: « In multis docet et illustrat. Qui tentatus non est qualiter cognoscit? inquit Ecclesiasticus, xxxiv, 7, quasi dicat: Pauca. Et in figura dicitur, *Lib. Judic. III*: « *Hæc igitur gentes Chananeorum reliquit Deus, sicut in Israel, ut ea toto non deleterentur, sed aliquando impugnantur, ut erudiret Israel in eis, a ut sciret artem pugnandi.* » Dum enim tentatio instigat ad malum, docetur homo quod ei magna operatur et superat, hoc non a se sed Dei virtute agere, cum experiatur sæpe in minimis quasi deficere, etiam si nolit. Unde Gregorius: Tentari permittit Deus, ut per tentationem homo concutitur, imbecillitate cognita fortius solidetur. Potest talis expertus alios docere et cautos redere; experientia enim est magistra. »

Pulchrum ad illustrandum hoc propositum affert similitudinem S. Augustinus in *Psal. civ.* « Et homo, » inquit, « et diabolus et quælibet demonia, non nisi accepta potestate nocent; sed proficientibus non nocent. Malis ita sunt ut ignis feno. » Ab electis et timoratis, audite quæso, quale conferant emolumentum. « Bonis ita sunt ætquam ignis auro. Manducatus est Jonas ut fenum; probatus est Job ut aurum. » Didacus, in *Luc.*, iv, scribit: « Cum tentatio et bellum causa sit augmenti gratiæ, non est dubium, quin si Deus per impossibile posset, injuriam irrogaret utique justis, si tentationem illis adimeret, siquidem cum illa multum merentur. »

Nec minus prosunt quæcumque tribulationes. Compunctio interna plerumque, ut docet experientia, suum solet habere impulsu ab ærumnis, ab imminenti periculis, a tribulationibus vehementibus: *Imple facies eorum ignominia, dicit Psalmista, et quærent nomen tuum, Domine, Psal. lxxxii.* 17. Nabuchodonosor ad tantam elatus erat superbiam ut Deum se esse crederet, æstimaretque; at

quo medio usus est Deus, ut illum ad sui ipsius reduceret notitiam? Potuit cum Propheta Jeremia, xxxi, 18, dicere: *Castigasti me, Domine, et crudelis sum, quasi juvenens indonatus.* Jumenta, fere, cæteraque animalia sylvestria, quibuscum fere instar Nabuchodonosor vivebat, ipsum fecerant redire ad se, rederuntque ad humilitatem, suiique agnitionem. In praxi videmus, quod in magnis et extremis periculis, in publicis calamitatibus, dissolutissimi etiam homines oculos aperiunt, in se redeant, vitam male transactam detestentur et emendant.

Aliud tribulationis effectum adhuc considerat S. Bernardus, cum ait: « Anima justi per adversa illuminatur ad cognitionem mundi; ex forti namque nubium concessione coruscato in aere generatur, unde etiam in noctis tenebris circumstantia pericula subito monstrantur. Sic ex tribulationum quassatione, mundus iste plenus periculis et laqueis et malignitate potest cerni. »

c. — *Venti et mare obediunt illi.* Moraliter elegantibus verbis hunc locum exaggerat D. Basilus Selencus, *Orat. xii*, dicens: « Modica voce ingens elementum refrænabatur. Recognoscebat enim veterem vocem, recordabatur antiqui præcepti: *Congregentur aquæ in locum unum, et appareat arida.* » *Gen.*, i, 9. Ponderanda sunt singulariter hæc verba: « Recognoscebat enim veterem vocem, » cum mare insensata creatura agnovit vocem sui Creatoris, nec contra illius imperium audeat reluctare, sed obedientiam exhibens, se in tranquillitatem reducat; mirum est quod ingratus homo, non obstantibus innumeris beneficiis Dei in se collatis non amet Creatorem suum neque voci mandatorum ejus docilem se exhibeat.

d. — *Auctor Operis Imperfecti, per ventos qui mare totaliter conturbant, spiritus infernales intelligit, qui etiam nubibus Christi, vel inviti obediunt: « Venti nequitiæ spirituales et immundi spiritus intelliguntur. »* De quibus S. Jacobus Apostolus testimonium perhibet, dicens: *Dæmones credunt, et contremiscunt.* Didacus Stella, in *Luc.*, omnes creaturas Deo obediens adversum nos provocat et invitat, ut et nobis collum iugo subjectionis suæ submitendum incurrat et inclinet: « Mirum valde est, omnes creaturas Deo tanta constantia obedire, præter hominem, qui cum non ignoret omnia alia propter se esse facta, nihilominus tamen ingrato animo perfidoque obtemperare Deo negligit. »

Quantumvis Deus hominem creans, libero illum dotavit arbitrio, ut dicit Ecclesiasticus, xii, 14, nequaquam tamen eundem, utpote creaturam sibi subjectam ab obedientiæ sibi debite tributo eximere voluit. Ideoque Ecclesiasticus immediate subdit: *Adjecta mandata et præcepta sua. Si volueris mandata servare, conservabunt te.*

Omnes creaturæ ab omnipotenti Creatoris manu cum tali sapientia et dispositione sum esse acceptæ ut omnes exemplo suo nos obedientiam doceant. Quarum docilitatem et inter se subordinationem, S. Bruno ad confundendum religiosos contumaces, hæc verbis isdem exprobat: « Quid dicent suas voluntates facientes, cum viderint non solum rationales creaturas, sicut Angeli et homines, verum etiam, quæ sensu carent, Domini obedire voluntati? Inde est enim, quod celi narrant gloriam Dei. Inde est quod venti et mare obediunt ei. Inde est quod terra nostra dedit fructum suum. Inde est quod omne lignum dedit fructum in tempore suo. »

S. Anselmus ait: « Cum homo vult aliquid, per propriam voluntatem, Deo aufert suam coronam, sicut enim corona soli regi competit, sic propria

« voluntas soli Deo. » Etenim vero ad hoc ut obedientiæ nos subternamus, etiam in illis quæ naturæ nostræ repugnant, Blossius hoc nos motivo extimulat: « Beatus Augustinus ait: Potest homo aliquid proprium velle, Deo aliud volente. Conceditur hoc humanæ fragilitati, conceditur humana infirmitati. Difficile est, ut non tibi contingat aliquid proprium velle, sed cogita Deum supra te esse, te infra illum; illum Creatorem, te creaturam; illum Dominum, te servum; et te corrigens, voluntatem tuam voluntati ejus subjiciens, dic cum Christo: *Non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater.* » Sancta Gertrudis divinitus inspirata, legit aliquando trecentis sexaginta quinque vicibus hæc verba Evangelica: *Non mea, sed tua voluntas fiat*, amantissime Jesu! quod etiam sensit Domino plurimum placere.

DOMINICA QUINTA POST EPIPHANIAM

EVANGELIUM MATTHEI, CAP. XIII, VERS. 24

24. Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo.
25. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et super seminavit zizania in medio tritici.
26. Cum autem crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania.
27. Accedentes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo; unde ergo habet zizania?
28. Et ait illis, inimicus homo hoc fecit; servi autem dixerunt ei: vis, imus, et colligemus ea?
29. Et ait: Non, ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis et triticum.
30. Sinite utraque crescere, usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: colligite primum zizania, et alligatæ ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregatæ in horreum meum.

VERSUS 24.

Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo.

1. — Dubitari haud immerito potest, qua ratione regnum cælorum homini assimilari possit, cum de illo Spiritus Sanctus asserat, *Job.*, xxv, 6, quod homo patredo sit et filius hominis vernis, at vero si bene consideretur, quod Sapientia increata dicit, *Luc.*, xvii, 21, nimirum: *Regnum Dei intra vos est*, dicere cogemur, tantumdem valere animam quamdam christianam, quantum regnum Dei valeat. S. Basilus hominem glorioso hoc titulo honoravit, nimirum, quod sit *divinæ gloriæ pulcherrimum organum.* Advertendum igitur est, quod non dixerit solum: *Simile est regnum cælorum homini*, sed subjunxit, *homini, qui seminavit semen bonum*, siqui-

dem ut Apostolus asserit, *Galat.*, vi, 8: *Qui seminavit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Porro per semen bonum eleemosynam intelligere possumus; etenim in S. Luca, xii, 32, scribitur: *Complexit Patri vestro dare vobis regnum; quoniam vero merito regnum istud dare vellet, immediate subjungit, dicens: Vendite quæ possidetis et date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterescunt, thesaurum non deficietem in cælis.*

2. — Lucas Brugensis Christum, per hanc parabolam fideles præmonere voluisse dicit, ne, si post suum ex hoc mundo discessum, ex hac, quam in Ecclesia Dei ubique vident perversorum sui reproborum cum justis et electis, commixtione, scandalizarentur: et ideo sicut in alia parabola antecedente demonstrare volebat, quod semen verbi divini non æqualem in omnibus fructum facturum esset: « Ita in hac parabola præmonet, non esse expectandum

« ut in Ecclesia, quam ad vitæ sanctitatem ipse « evocabat, omnes sancti et boni sint. »

3. — Considerari meretur verbum illud *seminavit*, non enim nos bonum hoc semen seminare dicit, sed potius ille seminat, qui de se dicit : *Pater meus agricola est*, et de quo S. Jacobus Apostolus, 1, 17, scribit : *Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est*. Et S. Paulus, II Cor., III, 3, dicit : *Non quod simus sufficientes cogitari aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*. Unde idem Paulus alibi, I Cor., XV, 10, dicebat : *Abundantius omnibus laboravi, non ego sed gratia Dei mecum*. « Licet seminet quis verbum prædicationis, » inquit S. Paschasius, *lib. VII, in Matth.*, « ipse Christus est qui seminat, quia exiit seminare » ipse; « nos in depravato hoc naturæ corruptæ statu, ex nobismetipsis nil aliud præter spinas et tribulos omnis mali producere possumus.

4. — Porro Creator rerum omnium Deus a principio mundi in agros hujus naturæ humane, bonum semen seminat. Unde Chrysologus, *Serm. xcvi*, ait : « Sator mundi rerum principia bona sevit, nec « ullum malum ab originis processu auctore, vidit « Deus cuncta, quæcumque fecit et erant valde « bona. » Infernalis serpens autem confestim zizaniam sua supereminare studuit; ac proinde idem Chrysologus ulterius dicit : « Quem Deus faciens « vocavit mundum, inficiens reddidit inimicus « inimundum. »

5. — S. Bonaventura, *Serm. v, in hac Dom.*, bonum hoc semen tunc seminatum existimat, quando in agro machine mundialis, *fecit hominem ad imaginem et similitudinem suam*; at vero dormientibus Adamo et Eva, id est, præcepti divini obedientiam negligentibus, « inimicus supereminavit zizaniam, id est, vitia et peccata, ex quibus nascuntur filii iræ. »

6. — Lyranus per bonum hoc semen doctrinam Evangelicam intelligit : « Homo iste Christus « est, ager Ecclesia, labore et sanguine Christi « excultus, bonum semen est sancta doctrina et « fides catholica. » Porro Christus doctrinæ suæ, seu verbo suo divino seminis titulum imposuit, *semen est verbum Dei*, quod idem sacratissimum semen per predicationem, electionem spiritualem et inspirationes internas super animas sparsit; at vero, ut S. Bonaventura optime advertit, *Serm. cit.*, tunc semen istum bonum efficitur et fructiferum quando in anima hominis radices agit : « Et propter hoc « dicit Dominus, quod semen seminatum in terram « bonam sit, qui audit verbum Dei et intelligit et « fructum affert; verbum Dei seminat in terram « bonam, quod auditur cum reverentia et intelligitur cum executione effectus. »

7. — S. Anselmus, *ibidem, in Matth.*, dicit : « Bonum semen vocat bonam voluntatem, quæ in « electis est. » Advertit autem Beda, bonam volun-

tatem sine operibus ei correspondentibus minime ad hoc sufficere, ut semen hoc bonum appellari possit et proinde agrum insuper bonum et fertilem requirit, in quem spargitur : « Semen bona volumus « talis ad operum perfectionem producere studet. »

8. — S. Bernardus, *Serm. de S. Bened.*, valde lamentatur de modico fructu, quem ex hoc semine reddimus et simul notat quantum semen in agrum nostrum dispererint : « Seminavit in terra nostra « Iota Trinitas, seminaverunt Angeli et pariter Apostoli, seminaverunt martyres, confessores et virgines. » Ostendit insuper eodem in loco, quod Pater seminat mittendo Filium et simul cum Filio Spiritum Sanctum, et tandem concludit : « Ita « tota Trinitas seminat, Pater scilicet panem de « celo, Filius veritatem, Spiritus Sanctus charitatem. »

9. — Bonum quoque imo optimum semen legem appellare possumus, quam Deus nobis dedit ad observandum, *Ps. cxviii, 8 : Lex Domini immaculata, convertens animas*, lumen item naturale et recte rationis diclamen, *Ps. lv, 7 : Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*; similiter remorsus et synderesis mala conscientia, quam indidit nobis; divinam denique gratiam, amorem et charitatem, quæ infunditur in cordibus nostris, *Rom., v, 13 : Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, etc.*

10. — Considerari quoque merentur verba illa *in agro suo*. Hunc enim agrum, si bene consideramus, tametsi incultum, a solo Deo immediate non accepisse fatendum est. Unde David, *Ps. cviii, 73*, dicebat : *Manus tuas fecerunt me et plasmaverunt me*. Quodsi vero thesaurus in hoc agro absconditus consideretur, siquidem *habemus thesaurum istum in vasis fictilibus*, hunc pariter a Deo non accepisse certum est : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*. Et nunc Domine, Pater noster es tu, nos vero lutum, terra videlicet ex agro Damasceno desumpta, et factor noster tu et opera manuum tuarum omnes nos, dicit *Isaias, lxxv, 8*; adeoque quidquid habemus, id totum Deo in acceptis referre tenemur.

Additiones.

a. — *Simile factum est regnum celorum homini qui seminavit, etc.* Advertendum quod est non solum dixerit : *Simile est regnum celorum homini*, sed subjunxit : *Homini qui seminavit bonum semen*, siquidem, ut Apostolus ait ad *Gal., vi, 8 : Qui seminavit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam*. Porro per bonum semen opera misericordiæ intelligere possumus. Idem S. Paulus beneficentiam erga pauperes sub nomine seminis describit dum ait, *I Cor., ix, 6 : Qui porce seminavit porce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet*. At vero messis hujus seminis ubinam collocabitur? *Triticum autem congregate in horreum meum*, *Matth., xiii, 30*. Nec sine mysterio

elemosynæ benedictionis nomen attribuit, siquidem misericordes benignas cœli influentias super se recipientes, digni sunt, illa benedictione : *Venite benedicti Patris mei*. D. Chrysostomus inquit, *Hom. xix in Matth.* : « Semen appellavit, ut statim sibi oculos sese mercos objiciat. » S. Bonaventura super Ecclesiasten, de hoc salutari semine ita scribit : « Animam primo mundat « a culpa; secundo liberala pœna æterna. » Misericordie enim opera fores cœli aperit.

Inter alia sumptuose fabricæ ornamenta templi, sapientissimus Salomon etiam sequens ordinavit : *Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis olivarum*. *III Reg., vi, 31*. Quod idem paulo post repetit sacer textus, inquit : *Et duo ostia de lignis olivarum, et sculptis in eis picturam Cherubin et palmiarum species*. Porro olivam misericordiæ symbolum esse nemo ignorat; Cherubin autem et palma, paradisi gloriam representant. *Omnia autem hæc in figura contingebant* : verus namque Salomon per hoc indicare voluit, portas cœli empyrei ex olivis, id est, ex operibus misericordiæ corporalibus et spiritalibus constare. Salvator noster, qui se cœli ostium esse dixit, *Joan., x, 9 : Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur*, cum nos ad æternæ beatitudinis fruitionem creasset, seque cœlum ad nostrum usum fabricasse, *Matth., xxv, 25*, dixisset : *Paratum vobis regnum a constitutione mundi*, quamnam putas occasionem expectavit operis, ut regnum illud nobis paratum impetiretur, diceretque : *Possedit paratum vobis regnum?* Num forte hunc in finem a nobis exigit, ut membra nostra asperimus catenis stringeremus, vel extenuarem per jejunia, vel ut disciplinis ferreis eadem cruentarem? Num forte regnum hoc daturus est nobis, quando in extasim rapti erimus, vel quando tyrannis resistendo pro fidei confessione sanguinem effunderimus? Nihil horum a nobis expectat, sed hanc unicam rationem immediate post subneclit, cur regni cœlestis possessionem Electis elargiturus sit, scilicet quia : *Esurivi et dedistis mihi manducare, etc.* Hugo Cardinalis de hac misericordiæ virtute erga miseros exhibita scribens, eandem cœli ostiarum appellat dicens : « Ipsa est ostiaria parati disii, quod patet ex ejus officio. Officium enim « ostiarii est uniuersum facere locum et distribuere « mansionem. » Hoc misericordia prestat, dicenti Ecclesiastico, *xvi, 15 : Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum*.

b. — Quæstio hic non inutilis est cur iste sator dicatur homo tantum et non potius rex, vel paterfamilias ut infra. Respondetur quod iste sator dicitur hic primo homo et non paterfamilias, ut ille alius, *Matth., xx, 1 : Simile est regnum celorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam*; quia hic sator, non solum

per servos, sed etiam per seipsum laborabat, ac semina effundebat in terram. Ita intelligendum est illud : *Qui seminavit bonum semen*. Cum autem homo natus sit ad laborem, ex proprio nomine hominis illi adaptatur. Homo enim ad laborem natus est, in eoque sese continuo exercere debet. *Homo nascitur ad laborem*, inquit Job, *et avis ad volatum*. D. Chrysostomus, *Hom. xxv, in Act.*, in pigritiæ et negligentie detestationem fuisse exerens, de homine dicit : « Deus hoc animal « condidit operationibus deditum, et ex natura « ejus est operari, et præter naturam ejus esse « otiosum. »

Ut Deus hominem ad laborem industriamque accingeret, non sine mysterio tunc prius in medium quasi prodiit, quando ipsum creando operatur et sedulo occupabat. Postquam autem in campo Damasceno plasmavisset eum, mox eundem in Paradisum, Moyse teste, transtulit terrestrem : sed cur obsecro id fecit? Num forte ut inter amenitates horti illius, quem cœlestis Hortulani industria manus plantaverat deliciaeretur? Nequaquam; sed *tulit Dominus Deus hominem, et posuit eum in Paradiso voluptatis, ut operetur*. Circa quæ verba, optime D. Chrysostomus advertit quod « statim ut « susceptus est in lucem homo, laborum adit hæreticorum ditatem. » Porro, quod homo post peccatum ad laborem condemnatus fuerit, dicente Deo : *In laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vitæ suæ*, hujus causam haud difficulter intelligo; at vero cur etiam in statu innocentie illi ut operetur, mandatum fuit? S. Ambrosius auctoritatem Philonis Hebræi citat, dicens : « Quamvis Paradisus operibus « ruralibus non egeret, tamen quia primus homo « lex posteritatis futurus erat, ideo legitimi etiam « in Paradiso speciem suscepit laboris, ut nos ad « operationem et custodiam debiti officii et hæreticorum ditariæ successionis manus adstringeret. » Quia vero Adam ad præscriptum sibi laborem manum non extendit, sed potius otiosus permansit, ideo gratias et bona liberali manu sibi communicata amittere meruit.

c. — Notandum hic diligenter quid Deus qui per hunc hominem seminantem significatur, fecerit et quid dæmon faciat. A principio enim mundi, Deus seminat bonum semen in nostra terra. Statim autem invidia excitatus dæmon, supereminavit zizaniam malitiæ, odii, etc., idque per arma nostrorum appetitum, quæ ipsi subministrans, quibus ipse in nostram utilitatem pernicem. S. Jacobus, *iv, 1*, scribit : *Unde bella et lites in vobis? Nonne hæc ex concupiscentiis vestris quæ militat in membris vestris*. Dum nos propriæ concupiscentiæ nostræ subjicimus, dum appetitum nostrorum mancipia efficitur, nostrisque sensibus prompte obediunt, quid aliud facimus, quam quod demoni, ut adversum nos prævalere possit arma offensiva submis-

trems? Et quidem notandum est quod S. Paulus, postquam dixisset: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiis ejus, statim immediate subiungit: Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.* Rom., vi, 13. Circa quem textum S. Ambrosius ait: « Ostendit diabolum nostris nos jaculis impugmare; « occasio datur illi per peccata nostra, ut deserente « nos Deo, accepta potestate illadat, et mortificet « nos. Ideo membra nostra ab omni opere iniquitatis continere debemus, ut inimicus noster inermis inventus subjiciatur. »

d. — Ager in quo seminavit homo bonum semen anima hominis est, ut ait Theophylactus. Semen autem sunt virtutes, in quibus consistit pulchritudo et fertilitas agri, id est, animæ decor et fructus. In hunc agrum autem seminatur zizania, quando concupiscentia nostra parit peccatum, per quod velut per zizania, hic ager deformatur. Hugo Cardinalis super illa verba Psalmi cxviii, 133: *Faciens tuam illumina super servum tuum*, dicit: « Homo factus est ad imaginem in naturalibus, ad similitudinem in gratuitis. Speciosa igitur est anima, « in qua facies Dei depingitur et illuminatur. » Sed quænam est causa, quod hic splendor amittitur, fiatque anima instar carbonis: *Denigrata est super carbones facies eorum.* Th., iv, 7. Cui diaboli invidens, accedit ad eum cum suo carbone, id est, cum deformi peccato, et ipsam denigrat, et ejus pulchritudinem tollit. S. Bernardinus, in quodam sermone, de pulchritudine animæ loquens, ait: « Si charitate anima privatur, deformis est; charitas est animæ pulchritudo, sicut ignis pulchritudo carbonis, qui cum est ignitus splendidus est « et pulcherrimus ignique similis. » Dæmon autem divinum hunc ignem in nobis extinguere ejusque loco suum in nobis ignem accendere satagit.

e. — Homo qui seminat, extra omne dubium Deus est, qui tunc seminavit bonum semen in agro suo, quando homini esse, illudque nobilissimum dedit, dum corpus ex luto compactum flatuque suo animatum, ad maximam utilitatem ejus illi imperavit. Quapropter etiam ad gratiarum actionem præstandam obligatur. Regius Psalmista populum Israeliticum ad laudandum et gratias agendas Deo, in hymnis et canticis, Psal. cxxix, 1, his verbis invitavit: *Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Ecclesia sanctorum.* Unum vero ex primis insignioribus beneficiis que ponderat est, quod esse a Deo accepit: *Lætet Israel in eo qui facit eum.* « Ante singularia beneficia, » inquit D. Chrysostomus, « ponit generale, per ea quæ subjungit, prope « modum adhortans, et dicens: Age Deo gratias « quod cum non esses, te produxerit, et animam « inspiraverit. » S. Bernardus pariter ad agendas gratias ex eodem motivo, affectuosis hisce verbis

nos invitavit: « Agamus gratias factori nostro, benefactori nostro, Redemptori nostro, remuneratori nostro, aut potius spei nostræ. Primum quod « nobis præstitit, nos ipsi sumus, siquidem ipse « fecit nos, et non ipsi nos. Parumne tibi videtur, « quia te fecit? » S. Augustinus, in suis meditationibus in hos prorumpit affectus dicens: « Primum « cogita, o anima, quod aliquando non fueris, et « ut esse inciperes, hoc Dei dono acceperis. Donum « ergo ejus erat ut fieres. Sed numquid ei aliquid « dederas, priusquam fieres, quod tibi redderet, ut « fieres? Nihil prorsus, nihil tu dederas; nil tu « dedisse poteras, priusquam fieres; qui utique si « nil amplius dedidisset, pro eo ipso tamen semper « a nobis laudandus. »

Deum alicui dare, quod sit in rerum natura, quocumque tandem modo, beneficium magnum erat, quia illum, hoc faciendo e nihilo eduxit; at vero Deum nobis dedisse esse aliquid adeo nobile et sublime, quis idipsum per æquivalentem gratitudinem recompensare poterit? « Invitant creaturæ « ad reintegrandum Deo, quia omnes, exceptis « Angelis, sunt inferiores nobis, et cum Deus « poterit nos facere vilissimas creaturas, nobilissimas fecit. »

f. — Ager ille in quo seminatur, juxta communem sanctorum Patrum doctrinam est Ecclesia. Semen autem sunt sacra fidei dogmata, sacramenta, virtutes in quibus consistit pulchritudo et fertilitas hujus agri. In hunc agrum autem supereminantur zizania, quando Christianorum vita et mali mores sævissimam Ecclesie inferunt persecutionem. Hæc est persecutio de qua conqueritur Isaia, xxxviii, 17, dicens: *Eccc in pace amaritudo mea amarissima.* S. Bernardus, de seculo suo calamitosissimo dicebat: Olim prædictum est, et nunc tempus impletionis adventit: *Eccc in pace amaritudo mea amarissima.* « Amara prius in necæ Marci « tyrum; amarior post in conflictu hæreticorum; « amarissima nunc in moribus domesticorum. » Porro ratio cur Ecclesia se troulentius a suis divexari et affligi censeat, est illa, quam Psalmista, Ps. lvi, 13, his verbis tradit: *Si irāvis meus maledixisset mihi, sustinuissem utique; si is qui oderat me super me magni locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: tu vero homo unanims, dux meus et notus meus, qui simul mecum capiebas cibos!*

VERSUS 25.

Cum autem dormirent homines, venit inimicus et supereminavit zizania in medio tritici.

Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus.

1. Post sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum et Martyrum mortem, inimicus infernalis in agrum Ecclesie, in quem Christus, per

illos bonam doctrinam seminaverat, zizania supereminavit hæresum atque errorum: « In sopore « mortalitatis, » inquit Chrysologus, *Serm. cxvi*, « lem- « paliter dormientes, quia sanctorum mors « somnas est. » Idipsum Lyranus his verbis clarius scripsit, dum ait: « Post dormitionem Christi et « Apostolorum, hæreses seminavit inter fideles « diabolus, » imo harum quoque multas, viventibus etiamnum quibusdam Apostolis, supereminavit, prent refert S. Joannes, I, ii, 18: *Nunc Antichristi multi facti sunt.* Idem quoque Auctor ait: « Hæc « dormitio superiorum negligentiam significat « circa custodiam gregis sui. » His etenim speciali quadam obligatione vigilantia incumbit, dicente Apostolo, *Heb., xiii, 17: Pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Ad hoc spectat, de cultura animarum strictissimam Deo rationem reddere: *Dei agricultura estis*, inquit de iisdem idem Apostolus. Hinc est, quod S. Paschasius hæc verba exponens, Prælatos ecclesiasticos moneat dicens: *Cogitare oportet, quam periculosum sit his, qui præsent, aliud intendere, vel ignavia torpere*, siquidem ipsis in culpam et reatum imputatur, si in animas, ipsorum custodia commissas, per propriam ipsorum pigritiam, malum et perniciosum hoc semen injiciatur: « Non parvum periculum prærupti præcipitii, præsulibus hinc imminere videtur, quibus « agrorum custodia commissa est, » inquit Chrysostomus, *Hom. lxvii, in Matth.*

2. — Verum enimvero quoniam mysterio, astutus ille serpens, ad supereminanda zizania tempus sibi noctis elegit, dum scilicet omnes dormiebant. Chrysologus ait: « Insidiator vigilantes fugit, appetit « dormientes. » Probe namque scit, quod quamdiu pro animarum nostrarum salute vigiles et solliciti sumus, nihil contra nos facere prævaleat. Unde sancta Mater Ecclesia, ut demonis insidias et insultus secure evadamus, quotidie nos illa S. Petri, I Ep., v, 8, verba recitare jussit: *Vigilate, quia adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circum, quærens quem devoret;* ad nostram vero consolationem, suggerendumque nobis animum protinus subiungit: *Cui resistite fortes, resistent autem, qui vigilant et seipso bene attendunt et curant, prævalet autem iis, qui dormiunt et salutem propriam negligunt.* Noctem quoque ad damna nobis inferenda adhibet, quia qui male agit, odit lucem, dicit Joannes, iii, 20, et zizania, que ab ipso seminantur, nihil sunt aliud quam *opera tenebrarum.* Considerat insuper Chrysologus, *Serm. cxvi*, dæmonem nocte operari ut tanto fortius contra servos Dei malignaretur: « Diabolus hoc ideo tenebris celantibus est molitus, « et adulteratæ messis noxa redundaret ad servos, « et hinc penam sumerent, unde speraverant palam; » nimirum ipse mali hujus auctor haberi aut censeri noluit, sed causam ejusdem in servos Dei derivare intendebat.

3. — In libro *Job.*, xl, 16, dicitur: *Sub umbra dormi, in secreto calami;* quando enim nos ab ejus insulibus, nos vel maxime liberos esse credimus et securi dormimus, tunc et ipse, qui se quoque dormire simulabat, suos nobis laqueos insidiosos tendere nititur. Unde celebris est illud, a S. Hieronymo Heliodoro datam monitum, dum ait: « Tunc « maxime impugnaris, si te impugnari nescis. » S. Cyprianus ad nomen serpentis, quo demon appellari solet, alludens, dicit: « Plus cavendus est inimicus cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens oculis accessibus serpit; unde « serpentis nomen accepit. »

4. — Per somnum denotatur negligentia, qua Christianus divinæ legis observantiam negligit. S. Paschasius, *lib. VII, in Matth.*, notat, quod zizania supereminata fuerint, quando omnes dormiebant: « Non in die, dum invigilat quis ad præcepta « Domini custodienda, sed dum dormiunt homines, « somno corporis et ignavia. » S. Bonaventura, *Serm. ii in hoc Dom.*, per hunc somnum otium interpretatur: « Cum dormirent per negligentiam « et otium, et hoc omnis noxiæ et venenosæ herbe « radix est; » siquidem *omnem malitiam docuit otiositas.* Et Albertus Magnus ibidem ait: « Dormitio « est torpor per negligentias duas, a verbi contem- « platione et a verbi virtute, ad quam homo in « affectu et opere non se exercet. »

5. — Salmeron, *tom. VI, tr. vii*, per hunc somnum, permissionem divinam intelligit; siquidem Deus noster « quasi dormiens, multa videtur permittere et dissimulare, nam et ipso Christo apud « nos existente ac dissimulante, dæmon seminavit « zizania, id est, Judam, Simonem Magum, et his « alios persimiles, Elymam Magum, etc. »

Supereminavit.

6. — Mysteriosum est verbum istud, non enim increata Sapiencia inquit *seminavit*, sed *supereminavit*. Id quod Chrysologus ponderans, *Serm. cxvi*, ait: « *Supereminavit*, non seminavit; præcedunt « Creatoris bona, mala diaboli post sequuntur; ut « malum, quod est ex diabolo, sit accidens, non natura. » Prius seminatum est frumentum, et postea illi supereminata sunt zizania, prius Deus in terram nostram iniecit, et plantavit innocentiam, justitiam originale, superque illum benignos gratiarum, donorum et virtutum influxus pluivit, postea vero inimicus, super illa bona semina, zizania sua, id est, culpæ palatium seminavit.

7. — Notat Salmeron id quod advertenter Chrysostomus, et ante ipsum Tertullianus, *lib. de Præscriptionibus Hæreticorum*, nimirum quod per hoc verbum *supereminavit*, Christus significare voluerit « antiquiorem esse veritatem, » quæ in bono semine prius seminato denotata fuit, « errorem vero « juniorem, » qui in zizaniis symbolizatur

8. — Paulus de Palatio per bonum hoc semen prohibitionem divinam intelligit, quam celestis agricola Deus post plantatum celestem Paradisum, homini imposuit: at vero quando serpens dixit: *Cur præcepit Deus, ne de ligno paradisi comederetis?* id « superseminatam est; igitur qui legi Dei obedit, « seminat est, qui vero legi repugnat superseminat » natus est. »

9. — Albertus Magnus, *ibid.*, zizania isthæc in superficie terre seminata fuisse notat, indeque hanc deducit moralitatem: « Bene dicit *superseminat*, « quia vitium profundum cordis non penetrat, sed « in sensibus illudit, et spargit radices: cui tamen « fundus cordis synderesis semper contradicit; » in ejus probationem textum illum adducit, ubi dicitur: *Per agrum hominis patris transivi, et ecce totum repleverant viticia, et operuerunt superficiem ejus spinæ. Prov., xxv, 30, 31.* Utitur etiam textu illo Apostoli, *ad Rom., vii, 22, 23*, dicentis: *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem; video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.*

10. — Considerari quoque hoc loco potest alia quadam moralitas, quam ex hoc verbo Salmeron, *ibid.*, desumit, nimirum quod dæmon nullum hominem, cujuscumque etiam conditionis, ad hæresim, errorem, vel quodcumque aliud culpæ genus effective inducere possit: « Idcirco dicitur tantum *superseminasse*, quod per suggestionem facit, ne « quisquam existimet se esse zizania natura sua, « non potius studio et voluntate sua. »

Zizania.

11. — Idem quoque auctor zizaniarum naturam nobis declarat, dum ait: « Est ergo zizanium lolium, « et quecumque alia adulterina semina. » Existimat enim, quod zizanium nascatur ex granis frumenti vel hordei putrefactis et corruptis. Zizanium, granum producit nigrum pulveri nitrato simillimum; at vero in herba adhuc consistens similem est frumento; manducatum perniciosum est oculis, ob vapores mordaces, quos e stomacho suscitatos capiti immittit, inducit somnum, vertiginem et vomitum causat, obfuscat sensus et rationem, ac demum ad phrænesim hominem disponit. Totus hic discursus est Salmeron, in quo pessimæ herbæ istius pessimi describuntur effectus.

12. — Quantum vero ad mysteria allegorica et moralia, ipsemet Saluator ad Apostolorum suorum instantiam, in eodem capitulo, ubi parabolam hanc declarat, *Matth., xiii, 38*, dicit: *Zizania filii sunt nequam.* Dionysius Cartusianus, *ibid.*, dicit: « Id « est, reprobi præsertim hæretici et persecutores « Ecclesie. » S. Anselmus etiam ad malos Christianos extendere videtur, siquidem inter hæreticos et malos Christianos differentiam assignans, dicit: « Inter hæreticos et malos Catholicos hoc interest,

« quod hæretici falsa credunt, illi autem vera cre- « dentes, non vivunt ita ut credunt. » Ubi in Vulgata nostra habetur *zizania filii sunt nequam.* In græco legitur: *Filii illi mali et nequissimi*, id est, tales, de quibus *Joan., viii, 44*, dicitur: *Vos ex Patre diabolo estis.* Et de quibus S. Basilius, *in Ps. xlv, ait*: « Omnis qui peccatum admittit, ex patre « diabolo est. » Peccatum namque diaboli semen est, et zizanium ad inextinguibile inferni ignem destinatum. Unde deducitur, quod omne id quod vitium et culpa est, hoc eodem nomine appellari possit. Unde Theophylactus malas cogitationes zizania vocat: « Zizania male cogitationes. » Et S. Bonaventura super illa verba: *Hi sunt filii nequam*, dicit: « Hi sunt adulteri, raptores, usurarii et alii « perversi, semen diaboli. » S. Paschasius, *ibid.*, per hunc inimicum seminatore, omne malum in mundo intelligit: « Inde igitur in mundo hæreses, « inter sanctos peccatum, inter pacificos lites, inter « simplices doli, inter innocentes nequitia; » proinde pergit dicere:

In medio tritici.

13. — « Ut quid? » querit Chrysologus, quo sine bonum hoc semen per zizania adulteratur? « Ut periret dominica messis, » at vero quodnam sibi ex hac jactura lucrum comparabat? « Et hoc « ad lucrum quid pertinebat inimici? nisi quod « invidiæ spiritus, hominum damnum suum com- « putat lucrum, et quod perierit hominibus, hoc « se aestimat acquisisse? »

14. — Demum vero si per zizania hæresim intelligamus, « erudimur, » ut advertit Salmeron, « dæmonem et hæreticum in disseminandis suis « erroribus, semper nisi super aliquo vero, aut « super aliquo loco Scripturæ. » Cui accedit, quod in externo zelum, et sanctitatem commoneant habebantque pulchram frumenti apparentiam: *Veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matth., vii, 15.*

15. — Observandum est etiam, quod inimicus homo malam herbam suam non ad latera seminaverit, sed in medio: *In medio tritici.* Ratio esse potest, quia sicut per triticum deoanatur justus et electi, ita per medium virtus symbolice exprimitur, siquidem in medio consistit virtus; hic autem dæmonis stylus et genius est, quod specialissime, et majori cum industria et conatu ad sanctissimarum, innocentissimarumque animarum perditionem anhelet: *Job, xl, 48, ait*: *Habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus.* Non Nilus, siquidem hic sponte sua eo decurrit, sed Jordanis, animarum immaculatum symbolum. Quæ etiam Cajetani glossa fuit, dicentis: « Sufficit diabolo superapponeere malum « bono, sed satagit, ut optimis quibusque miscat « illud. » *Ecce Satanas expetivit vos*, inquit Saluator ad Petrum et ad omnes alios Apostolos, ut

eribraret sicut triticum. Cibus ejus electus, inquit Habacuc, *i, 16.* Sic Petrum in peccatum negationis et perjurii, Judam in conditionis erimen, Thomam in incredulitatem præcipitem egit.

16. — Similiter inimicus homo iste, in medio boni seminis (cujus quantitatem longe majorem fuisse credere utique possumus) aliquid tantum zizaniarum immiscuit, ad indicandum nobis, quod inter alias serpentis hujus astutias, una sit, per quam animam christianam multa opera facere permittit, dummodo unico dumtaxat zizaniarum grano, aditum in corde suo permittat.

17. — Hac ratione Pharisæus ille Evangelicus, qui se in templo coram Deo sistebat, siquidem orationes, elemosynas et jejunia instituebat, seque ab omni vitiorum excessu alienum esse declarabat, dicens, *Luc., xviii, 11*: *Non sum sicut ceteri hominum raptores, injusti, etc.*, et tamen per unicum solum superbic et presumptionis granum, ex frumento vel tritico factus est lolium, et palea ad ignem: « Odibile fecerat sacrificium orationis suæ, « festore jactantia, » inquit Eusebius Gallicus, *Serm. vi de orat.*

18. — Salmeron de zizania, *ibid.*, scribit: « Ut « nonnulli tradunt, triticum nimia terræ uligine « corruptum, jugibusque pluvii dilutum in lolium « convertitur: contra vero, cum est terre magna « siccitas, lolium convertitur in frumentum. » Ita quoque experientia demonstrat, quod multi cæteroque virtuosus et perfecti, in culmine tamen bonorum terrenorum, divitiarum, honorum, deliciarum constituti, ex frumento in zizania convertuntur; et alii paupertate aliusque hujus vitæ ærumnis cruciati, sæpenumero ex palea in granum evadunt. Hæc est frequens illa tentatio, qua dæmon frequenter utitur, dum homines in humanarum felicitatum et dignitatum statum evehit, ut eosdem irreparabiliter cadere faciat. « Facilius invenies, » ita S. Bernardus, *lib. II de cons., ii*, quondam Eugenium Papam commouit, « qui innocentiam retinuerunt, « contraria sibi fortuna, quam qui in prospera eam « non perdidissent. »

19. — Porro certum est, quod per frumentum seu triticum justus symbolizetur; unde et S. Ignatius martyr sancte gloriabatur dicens: « Frumentum Christi sum. » Inter hos ergo dæmon sua zizania, id est, perversos et malos seminat, quia hoc modo eos quoque in malam herbam convertere sperat. Unde Psalmista, *Psalms. cv, 35*, de populo Dei ait: *Commixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum, et factum est illis in scandalum.* Astrologi observant, quod si benignus planeta quidam maligno jungatur, is malam quoque illius influentiam subito sibi adsciscat; id quod frequenter etiam multis antea timorata conscientie hominibus accidit, qui cum malis nimium conversando pervertuntur: *Cum perverso perverseris. Ps. xvii, 27.*

20. — Albertus Magnus ad hoc se reflectit, quod Christus magister noster dicit: « *Superseminat navis zizania in medio tritici*, ut undique triticum « detineat et impediatur, semine enim malum undique « quæ impedit bonum, quia totum agrum inficit. » Unicum dumtaxat pestiferi hujus zizani culpæ mortalis granum, in agro anime christianæ seminat, ad omnes alios illius fructus inficiens et pervertens sufficit, siquidem per illius demerita, euncta alia honorum operum merita perduntur et destruuntur, præterquam considerandum sit, quod malum hoc semen ex omni parte animam obsideat et cingat, ut fructificare non possit: *Qui totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Jac., ii, 19.*

Et abiit.

21. — Cajetanus, *ibid.*, dicit: « Studium diaboli licum significatur, quo occultare nititur, quod ab ipso, qui hostis est noster, proveniunt utilia ac « delectabilia contra divina præcepta. » Quod si nos persuadere nobis possemus, quod voluptates, deliciae omnesque alia satisfactiones, quibus trimumur, a jurato hoste et inimico nostro omnium maximo, quique continuo nobis insidiatur, procurate essent, illas utique habituri essemus suspectas, ac proinde singulari cum astu et industria hanc nobis notitiam subtrahere satagit.

22. — Chrysologus hoc abire diaboli in alio quodam sensu interpretatur, dum, *Serm. xcvi, ait*: « Quia diabolus impellit quidem viribus ad ruinam, « sed posteaquam prostraverit, derelinquit. » Cujus ratio esse potest, quam Paulus de Palatio super hæc verba scribens, tangit, dum ait: « Quos enim diabolus « fallit, principio non torquet; » non vult enim ut nos subito tyrannidem ejus videamus, qua pedes nostros gravi quadam peccatorum catena irrelitos attinet, sed, « veluti abiens reliquit, ne forte si initio « durum senserint imperium a tyranno resiliant. »

23. — S. Thomas, *in Matth.,* in hoc, quod dæmon abire et discedit a nobis, malitiam ejus notat: « Abit, id est, occultum se reddit, quando enim « instigat, non semper cooperatur; » non vult videri nos tentans, ne delegatur et deseratur a nobis. Nam insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua, ut rapiat. *Ps. x, 9.* Malignus aliquis agricola, postquam semen aliquod venenosum in terra seminavit, abire et illud crescere sinit, ut suo tempore bonas herbas contamineat; ita quoque astutus hic serpens, semen veneni sui in animam quandam, per obscenum aliquod phantasma, vel per fixam aliquam cogitationem perversam, per affectum inordinatum effundit, occasione et commoditatem proximam lubricæ conversationis et correspondentiæ ad manum suggerit et abire, pessimumque hoc toxicum a semetipso operari sinit. Ita etenim cum protoparentibus nostris fecit; quom

enim Evam matrem nostram seduxisset, *abijt*, neque enim illum ad tentandum Adamum in scenam amplius processisse comperimus, siquidem bene sciebat, Evam ad illius ruinam causandam abunde sufficere : « Ipse namque, » ut S. Augustinus testatur, « pomum manducavit, ne contristaret « delicias suas. »

Additiones.

a. — *Cum autem dormirent homines, etc.* Per somnum hunc aptissime denotatur negligentia, qua Christianus virtutum bonorumque operum negligit exercitium, quae est mens D. Bonaventurae dicentis, *Serm. ii in hac Dom.* « *Cum dormirent per negligentiam et otium; et hoc vere omnis noxiae et venenosa herba radix est,* » siquidem omnem malitiam docuit otiositas. Terra inculta nil nisi repes, urticae, ramosaeque inutiliter producere solet, ideoque Sapiens, *Prov.* xiv, 30, inquit : *Per agrum hominis pigri transivi, et ecce totum repleverant urticae, et operuerant superficem ejus spinae.* S. Gregorius, *XX Moral.* xx, in sensu morali, per spinas illas vitia quae in hominibus negligentibus generantur, intelligit, inquit : « Quia in corde negligentium prurientia terrena desideria, et punctiones pullulant « vitiorum. » Ideoque ipsemet Sapiens, *Prov.* xv, 19, praemisereat dicens : *Iter pigrorum, quasi sepes spinarum.* Notandum vero, Sapientem non dicere quod pigros una vel plures compungant spinas, sed quod eos circumdet ingentes sepes spinarum. Sed quid demum resolutionis hoc viso, fecisse existimatis Sapientem? *Quod cum vidissim, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinam.* Quamnam vero illam apprehendit disciplinam? Ut scilicet instantem pigmentum et accedie in se exccuteret somnolentiam et lethargum : *Parum inquam, dormies, modicum dormitabis.*

b. — Multi erant servi, et tamen universi dormiant. Ubi enim nos habemus homines, Hebraicus habet omnes. Nullus omnino vigilavit, sed cuncti se somno dederunt. Forsitan quilibet in alterius custodia enitebatur, et confidebat, et inde provenit ut omnes somno indulgerent. O quam saepe contigit, quod inquit Seneca, « ut multitudo servorum penuria sit famularum ! » Valde frequenter contigit quod si multi constituantur custodes, unusquisque in alterius custodia confidens, ignavus ac piger fiat. Quodrat hoc in illos qui in SS. Patronorum suorum intercessionibus confidentes, male vivunt; qui proinde merito perstringuntur a Domino Jesu dicente, *Matth.* vii, 21 : *Non omnis qui dicit mihi : Domine, Domine, ipse intrabit in regnum caelorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.* Etenim sola divina legis observatio salvare nos potest; sine hac autem nemini in patriam caelestem, palebit ingressus, dicente Christo Redemptore nostro : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.*

c. — Cuipanda sane hominum ignavia quae oscitanter locum prebuit homini inimico, ut sata zizania depravaret. Licet enim excusabilis, utpote post falem laborem requies videri possit, inde tamen nocendi arripuit occasione inimicus. Ex quo docuit, solerter etiam a peccatis venialibus abstinendum esse, quia per illa nos demon multum illaqueat et nocet. Spiritus Sanctus ea, quae nobis ad provecum nostrum spirituales imprimere nititur, in Sacris Litteris variis sub metaphoris proponere consuevit, ac proinde cum nos hortari salagat, ut peccata levia procul a nobis arceamus, nos monet, ut capiamus vulpes parvas, *Cant.* ii, 15 : *Capite nobis vulpes parvas, quae demoliuntur vineas; nam vinea nostra floruit.* Ideo jubebur vitas capidum etiamnum parvas sunt, eo quod in etate ista constituta, majori cum facilitate capiantur, quia cum majoribus annis crescit pariter in ipis astutia et velocitas, et ideo tunc difficilius capiuntur. Praeterea dici potest prudentiae actum esse pervadere pericula, capiendo vulpes priusquam excreverint, et antequam uvae maturescant. Si vero a sensu literali ad spirituale transire velimus, sciendum nobis erit, quod nomine parvularum vulpium peccata levia seu venialia intelligantur. Ratio erit haec potius interimere jubeamur quam mortalia peccata, haec esse potest, quia ii, qui virtuosus sunt, et conscientiae suae habent rationem, peccata mortalia exhorrescunt et fugiunt, scientes quod haec mortem animae aeternam accersant; et contra vero, peccata venialia, quia tam exitiosa non sunt, ideo non fugiuntur a multis, nec timentur, siquidem nulla ab eis damna nobis illatum iri existimant; licet in hoc turpiter fallantur, quia demoliuntur vineas, id est, magnum animabus damnus inferunt dum ad mortale peccatum inducunt.

d. — Pervestigare oportet, cur ipse qui tam capitalis inimicus describitur, acerrime semper furens, non ponitur sata destruat, sed solum supra sata seminet? Zizania hoc habet, ait doctissimus Joannes de Sylveria, quod in initiis, quandiu est in herba, vix discrepat a tritico; at vero, cum adulescit, et robur acquirit, tunc aperte ostendit suam malignitatem ac nequitiam. Haec scilicet theca est demonis quod sollicita caret, ut in peccata levia pertrahat, ut hac ratione ad graviora committenda paulatim inducat. Levialia peccata supereminat ut ea serpentina gravissimam malitiam superinducant.

e. — Deus a principio mundi seminavit bonum semen in agro suo, id est, natura humana; statim autem accurrat demon, et supereminat zizania malitiae et odii, praesertim autem invidia et livoris, cujus est principalis seminator. Deestabile invidia monstrum, Sapiens, *Sup.* ii, 24, proprium Luciferi abortum esse dicit, dum ait : *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum; imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.* S. Zeno ad hujus vitii detes-

tationem nos exhortans, ait : « Fugiamus malum, « quod magister serpentis edoctum est, quod a « demonibus adventum est, quod inimicus homo « bonis Dei seminibus supereminavit. » S. Basilius, *Hom. de Invidia*, similiter vitium hoc ad inventionem appellat diaboli, inquit : « Fugiamus vitium intolérable : serpentis est documentum, demonum « inventum, seminatio inimici. » Divus Chrysostomus, invidia Luciferi partum esse, his verbis affirmat : « Haudequaquam aberravit, qui diaboli « fetum eum dixerit. » S. Zeno ad invidum Cainem se reflectens illum appellat primum Satanæ scholarum. S. Augustinus, in *Psal. lvm*, demonstratur quod invidia crimen demoni connaturale sit, sequenti id ostendit discursu : « Non ei imputatur « adulterium, non violentia, non fornicatio, non « rapinam rerum alienarum; sola superbia lapsus « est; et quoniam superbiae comes est invidia, « fieri non potest ne superbus non invidet; lapsus « invidit stanti et dedit operam seducere hominem « ne ille levaretur, unde dejectus est ille. »

f. — S. Bernardus, *lib. II de Consider.*, per homines dormientes intelligit illos superiores, quae saeculares, quae ecclesiasticos, qui negligentem et scandalosam suam vitam in agro Ecclesiae prodire urticae, spinas et zizania peccatorum. Scandalum enim superiorum ad subditos transmittuntur cum gravi et irreparabili hominum prejudicio, propter quod Deus illa summo opere detestatur. Lamentatur Deus, *Malach.* ii, 8, de Sacerdotibus, quos ad dandum populo bonum exemplum elegerat, quod eum graviter scandalizarent; et ideo se illos in populo contempnibiles facturum esse comminatur : *Scandalizastis plurimos, propter quod et ego delicti vos contempnibiles.* Subditi enim omnem metum et reverentiam erga Praelatos sive ecclesiasticos, sive saeculares deponunt, quando illos non exemplares sed scandalosos esse conspiciunt; imo vestigiis actionum superiorum suorum, se licite insistere posse arbitrantur, quia ut Poeta illic cecinit : « A bove « majori, discit arare minor. »

Apud Jereimiam, *iii*, 25, Deus introducit in haec verba loquens : *Ecce ego ad te, mons pestifer, ait Dominus, et extendam manum meam super te, et dabo te in montem combustionis.* « Montes pestiferi, » inquit Bellovacensis, « sunt majores, cujus corruptio derivatur in inferiores. » S. Paulus, *I Cor.* viii, 11, de iis qui proximos scandalizant, ita scribit : *Et peribit infernus, in tua scientia, frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infernam, in Christum peccatis.* « In Christum peccatis, quoniam « membra ei auferitis, » ait Dionysius Carthusianus.

g. — Ille qui seminavit bonum semen, non immerito vocat inimicum suum hominem, quia aliquando homo talis est ut vocetur demon, et symbolizat unus cum alio : maxime vero homo iracundus,

quia diabolo similis, cum ira vitium sit diabolicum et diabolus in iracundis liberum habeat aditum. *Irascimini et nolite peccare; sed non occidat super iracundiam vestram, dicit Apostolus, Ephes.* iv, 26, et immediate subjungit : *Nolite locum dare diabolo.* « Per quod significat Apostolus, » inquit Estius, « eum qui sinit iram diutius apud se morari, dare « locum diabolo; parit enim ira reservata odium « aut vindictae consensum, per quem diabolus jam « incipit in corde dominari. » D. Chrysostomus autem diu ante, *Hom. xiv in Ep. ad Ephes.*, scripsit : « Nunquam locum sic habet diabolus, ut in « inimicitias; hinc mala nascuntur innumerabilia. »

B. Petrus Damianus, *lib. IV, Epis.* xvii, ait : « Ira, « sicut scriptum est, demonium habet; quod etiam « experimento dignoscimus, si Saul historiam per « ordinem perpendamus. » Ait enim Scriptura, quia cum mulieres Israelitarum ludentes in sistris, et laetitia tympani canerent : *Percussit Saul mille et David decem milia, iratus est Saul nimis, et displicuit in oculis ejus iste sermo.* Deinde subinfert : *Post diem autem alterum invocavit Spiritus Dei mabus Saul.* Ira praecessit et mox nequitiae spiritum introduxit; dehinc arreptitium suum vesani furoris igne accendit, ac ad perjurandum David, quem Sanctus inhabitabat Spiritus, inclavit.

h. — « Eleganter, » ait D. Chrysostomus, *Hom. xvii in Matth.*, « hominem inimicum, ipsum diabolum qui omnibus semper obesse conatur, merito « Dominus appellavit. » Nullus major adversarius homini, nullusque majora nocentia ei parat, quam homo sibi ipsi, et maxime homo vindicativus. Ac proinde cum diabolus homo non sit, homo tamen appellatur hoc loco, ut aptius ejus furor et vindicandi libido, quae contra nos debacchar, exprimat, cum nulla major invenitur, quam hominis in hominem, et nulli magis noceat homo vindicativus quam sibi ipsi; siquidem animae suae mortem conciliat, omnemque claudit aditum ad recipiendam a Deo remissionem peccatorum. S. Thomas de Villanova, *Serm. in fer. iv Ciner.*, ita de hac re scribit : « Omnis qui alium persequitur in « corpore, prius ipse persecutionem sustinet in « corde. Unde Psalmista : *Gladius eorum intret in « corda ipsorum.* Alium non vulnerat, et jam animam tuam jugulasti, nam qui odit fratrem suum, « homicida est, et his scilicet homicida, sui et « proximi. Si non facto, certe animo. » S. Augustinus ait : « Quod malitia tua alteri non noceat, fieri « potest; sed quod tibi non noceat, fieri non potest. »

i. — Patres non pauci, per zizania intelligi volunt omnes malos et iniquos, quos diabolus inter fideles seminat, ut illi sua mala vita ac scandalis probos perdant. Scandalum enim nidus est omnis malitiae; et zizania a demone seminata, scandalosique veluti ligna sunt ignem infernale nutricia.

Ex tradita nobis ab Incarnata Sapientia zizanio-

rum parabola, scandala paleas esse ignem infernalem nutrientes, manifeste colligitur quia in ea expresse dicitur, quod *mittit Angelos*, qui zizania in fasciculos collecta, in ignem inextinguibilem projicient. *Colligent de regno ejus*, « id est, » ut ait S. Gregorius, « de Ecclesia, » *omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem, et mittent eos in cinerum ignis. Matth., xiii, 41, 42.* Circa quæ verba observandum est quod Spiritus Sanctus, dum scandali mentionem facit, ut plurimum eidem associet iniquitatem.

Christus Redemptor noster adversus scandalos indignatus, is illos minis percellit : *Væ mundo a scandalis*; ubi Abulensis ad nostram eruditionem ita scribit : « Prænnuntiat hic Christus malum quod « sequitur mundo, id est, mundanis hominibus, « propter scandala, que faciunt, quasi nihil esset « scandalizare homines, cum tamen valde malum « sit. » Etenim origo primaria, seu primus inventor scandali Lucifer fuit, qui pessimum hoc lolium primo in Paradiso cœli seminavit, et postea in terrestri, prius in natura Angelica, et postea in humana.

Apostolus, *I Cor., v, 6*, de scandalo tractans, ipsum fermento assimilat, dicens : *Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Et paulo post, eidem allusioni insistens, quale venenum annexum habeat, subnectit, inquit : *Fermentum malitiæ et nequitie.* Unde S. Thomas inquit : « Sicut per modicum fermentum, tota massa paste « corrumpitur, ita per unum peccatorem, tota so- « cietas inquinatur. » In cujus confirmationem illum adducit Ecclesiastici, *ii, 34*, textum : *Ab una scintilla augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis.*

J. — Valde mirum quod per nullum tempus ager ille stetit patens, et nunquam in illum ingressus est inimicus homo, nisi modo, postquam Sator noster suum bonum semen in illo effudit : tunc ille inimicus super illum, seu triticum, seminat. Sicut enim refert, *Genes., xxvi*, sacer Chronista, cum locupletatum viderent Isaac Palestini, in possessionibus ovium et armentorum, et familie plurimum, omnes puteos quos foderat servi patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt; ita hic malus inimicus, quem diabolum intelligunt SS. PP. ut vidit seminatum pacem, quam in agro suo Dominico, divinus Sator seminaverat, vehementer succrescere, licet per multum tempus ager ille stetisset patens, discordiarum supereminavit zizania, teste D. Chrysostomo, *Serm. xcvi* : « Diabolus supereminavit, non seminavit, quia hereses inter fideles, « inter sanctos peccatum, inter pacificos lites, inter « simplices dolos, inter innocentes nequitiam, serere « consuevit; » non ut acquirat zizania, sed triticum perdat. Singulare siquidem diaboli opus est zizania discordie seminare, qui ideo pacem odit, quia hæc illi bellum movet, eumque vincit et debilitat.

S. Bernardus, *Serm. xli de modo bene vivendi*, scribit : « Nihil est quod diabolus tantum timeat, quantum concordiam et charitatem. Nam si totum quod habemus damus propter Deum, hoc diabolus non timet quia ipse nihil habet. Si jejunamus, hoc diabolus non timet, quia ipse nunquam comedit. Si vigilamus, hoc diabolus non timet, quia ipse nunquam dormit. Sed si charitatem et concordiam tenemus, hoc diabolus vehementer timet. Quare? Quia hoc tenemus in terram quod ipse in celo tenere noluisset. Diabolus expavescit quando spirituales viros virtutum armis accinctos, in unitate concordie vivere conspicit. Ipse victus et confusus vehementer dolet, cum eos per discordiam dividere et penetrare non valet.

K. — Supereminasse inimicum zizania, dicit Evangelista, quia super triticum ea seminavit; nam prius est bonum, quam malum; prius Deus boni sementem fecit quam demon faceret sementem mali. Quod hoc bonum? quod vero illud malum? Patientia et impatience. Pulchre S. Chrysostomus, *de bono Patient.*, scribit : « Ut patientia bonum Christi « est, sic contra, impatience diaboli malum : et « sicut in quo habitat et manet Christus, patiens « invenitur, ita impatience semper existit ejus « mentem diaboli nequitia possidet. » Et ideo in tantum demon patientiam nostram aversatur, ut omni via nos impatientes reddere satagat, unde et actor impatience nominatur. Volumus ergo vincere diabolum, eumque a finibus et foribus nostris profligare? Optimum et præstantis antidotum est, victoriosa patientia. Sapiens, *Prov., xvi, 32*, dicit : *Melior est patiens viro forti; et qui dominatur animo suo, expugnator urbium.* « Rebus omnibus validior « est ac fortior lenitas et patientia, » ait S. Chrysostomus, *Hom. xxx in I ad Cor.* Nam ut Bellocensis ait : « Patiens, non gladium, non manum, « non baculum, imo nec festucam levat contra « adversarios suos, sed potius amat, compatitur « eis et ornat. Unde vere dicitur : Nobile vincendi « genus est patientia. Vincit qui patitur : si vis « vincere, discere pati. »

L. — S. Chrysostomus, *Serm. xcvi*, ait : « Malus « nunquam non stultus. Quid hic egit inimicus? « Esto quod dormirent servi, nunquid Dominus « dormiebat? Esto quod odios servorum sopor « clausit post laborem, numquid dominantis ocu- « los ulla vicerat lassitudo? Stulte ergo et male egit « inimicus. »

Observat noctis tempus, cum dormirent homines, et sine ulla mora discedit, ne ejus adventus, ab aliquo agnoscat : cur etiam non observat, an Dominus messis dormiat? Planum erat, quod super rem suam in majore vigilia Dominus affuturus esset quam servus et operarius. Cur ergo de hoc non curat inimicus? Cum ipse velit quod a nullo ejus adventus deprehendatur, hæc tamen mentem

ejus prætereant, nec de his cogitat, cum inimicus esset iniquus, fatuus et stultus. Nam si huc respexisset, nunquam zizania supereminasset. Si enim homo peccator Dei, ejusque beneficiorum semper gestaret memoriam, et notitiam, ejusdemque observaret presentiam, nunquam Deum offenderet. Peccator enim peccare volens, Deum prius a mente, per ignorantiam quasi repellit. Salvator mundi, *Joan., iii, 19*, lamentatur, inquit : *Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; erant enim eorum mala opera.* Profecto in tota natura, vix ullus reperietur, qui cæcitate magis amet quam lucem, ignorantiam quam scientiam, et tamen in operibus gratie quotidie videmus, quod multi Deo dicant : *Recede a nobis; scientiam viarum tuarum nolumus. Job., xxi, 14.* Videmus quod multi illi luci oculos claudant, de qua scriptum est, *Joan., i, 9 : Illuminavit omnem hominem venientem in hunc mundum.* Sed quo fine id faciunt? Ut in tenebris ambulent. « Dilexerunt homines magis tenebras, id est, car- « nis delicias, et mundi divitias obtenebrantes, » inquit Hugo Cardinalis.

M. — Cum pius sator Deus, in terram cordis nostri spirituale semen suarum gratiarum et devotionis seminat, frequens est quod inimicus supereminet zizania superbie et elationis, quibus electum gratiarum semen suffocet. Sic semper « vigilant « tentatoris insidias, » ait S. Prosper, *Epis. lxxxiv*, « ut ubi proficit devotio subrepat elatio; et ut homo « de bono opere, in se potius quam in Domino « gloriatur. Sed sollicitudo nos Apostoli contra hoc « periculum monet, dicentis : *Cum metu et tremore « vestram salutem operamini. Deus est enim qui ope- « ratur in vobis velle, et proficere.* Quanto ergo in « mandatis Dei quique proficiunt, tanto majores « habent causas formidinis et tremoris, ne de ipsis « prohibitis argumentis, mens sibi bene conseia, « et landis avida, in superbia rapiatur excessus, et « fiat immunda vanitas, dum sibi videtur clara « virtute. » Superbia enim sterilem efficit spiritum, ac devotionem nostram, neonon divinas in nobis exsiccet gratias. O quisquis es, time subdolos superbie et elationis insidias, quæ de virtute, vitiorum officinam adversus virtutes excedit! Quid tam perversum quam ut probitatis argumenta improbitatem persuadeant, male aento vanæ gloriæ ingenio, que cunctis virtutibus opponitur, cunctorumque bonorum operum merita reddit inutilia.

N. — Servi qui dormierunt ex multis probantur boni. 1º Quia electi sunt a tanto Domino, ad excolendum agrum suum. 2º Quia visa zizania confluant ad Dominum valde diligenter. 3º Quia labori non parant, sed ad eam eradicandam ac colligendam se offerunt. Quomodo ergo tam profunde dormiunt, ut inimicus irruat ad seminandam zizania? Apposite respondit V. Beda : « Præsent

« sententia admonemur quod omnes nostræ po- « tentiæ et sensus sunt vigilantes; ne dum torpe- « mus inertia, diabolus feditatem vitiorum super « semen bonæ voluntatis spargat. » Sic periculosa res est, et opus plenum alæ otium, quod licet homo diu laboriosus fuerit, sollicitus agri sui, id est, mentis cultivator, dum tamen remissis manibus, vel modicum otio indulget, mox adest diabolus, agrum sibi vindicat, eique dominatur, et semina pravaram cogitationum, tentationum et vitiorum spargit, in eoque tanquam centro suo quiescit. Hugo Cardinalis, in *Matth., xi, 43*, dicit : « Nolite « stare otiosi, quia ad domum vacantem, unde « exivit, diabolus revertitur et habitat cum septem « spiritibus nequioribus. » Didacus Stella, in *Luc., xi* : « Audaciam tribuiti dæmoni, hoc otio, ut redeat « in domum quam reliquerat. » Inter alios scopulos, quibus aliserunt, allisque in abyssum æternæ perditionis prorucere infames ille civitates Sodoma et Gomorra, juxta revelationem a Deo factam Prophete Ezechiel, unus fuit otium, quod est esca et incentivum tentationum, sensualitatis et ejusvis pessimæ malitiæ. Legitur enim, *Ezech., xvi, 49 : Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis et abundantia, et otium ipsius et filiarum ejus. S. Bonaventura, citans auctoritatem S. Bernardi, ait : « Omnium tenta- « tionum sentina est otium; ipsam enim est occa- « sio luxuriæ. »*

O. — Homines isti qui dormiebant, multo honore fuerant sublimati a Domino. Ad illius enim agrum vocantur; illius custodes ac cultores sunt constituti, omniaque illorum curæ commissa. Cum ergo tanto apice eminent, inde desides evasere, ac in multam incuriam abierunt, ut omnes somno indulgentes, dormirent. Magna enim dignitas multam negligentiam, multamque vecordiam, multoque defectus parit, ut jam rarus sit, qui in sublime feratur et inde non ruat.

P. — Ex S. Bernardi mente, *lib. II de Consid.*, homines dormientes Pastores sunt Ecclesiæ negligentes et dormientes, ex quorum incuria ac pigritia nascuntur in agro ipsorum urtica, spine, zizania, etc. Negligentia enim superiorum est causa plurimorum defectuum.

Q. — Deo seminante bonum semen, accurrit dæmon inimicus ejus, eo animo ut perdat, ne enascatur, oppugnans quemvis in cujus anima videt Deum seminasse. Nulli enim diabolus parcat labori in perdendis animabus nostris, quia illas maximi facit, et pretiosissimas esse judicat.

R. — Inimicus ille nocte accessit, quia non aperte nobiscum congregit hostis hic infernalis, sed astutus hic serpens, per occultas insidias nos aggreditur, nobisque passim et ubique, ac in omnibus rebus innumeros tendit laqueos, nostrum quoque callide explorat genium, inclinationes et affec-

tus discutit, et secundum hoc nos tentat et in lapsum propellit. Item venit nocte, ob infirmitatem suam, non enim audet vigilantes, sed dormientes invadere. Ita S. Chrysologus ait: « Insidiator vigi-
« lantes fugit, appetit dormientes; maxima infir-
« mitatis indicium est, dormientibus irruisse. » Est enim dæmon catenis innoxus et ideo a nobis minime timendus.

5. — Inimicus homo seu diabolus non accurrit ad avenam, hordeum, ad ea pendendum, sed ad triticum. Serpens enim infernalis, specialiter ad hoc omnem suam adhibet industriam et conatum ut viros perfectissimos et sanctissimos vincere possit. « Non sufficit diabolo superapponeere malum « bono, » dicit Cajetanus, « sed satagit ut opimis « quibusque miscet illud. » Hanc etiam ob causam sub latronis habitu figuratur, quia ut Didaeus Stella bene observat: « Nunquam fur furaturus « ingreditur loca ubi paleæ sunt et sterora, nam « ex his nihil hauriet, nisi pulverem in calcis; at « mercatorum domos ingreditur, et vasis sceris « insidiatur, atque araria publica quaerit. » D. Chrysologus addit: « Hostis plus ducem quam « militem petit, nec obsidet mortuos, sed impug-
« nat viventes. Sic diabolus non peccatores quaerit « capere. »

D. Chrysostomus, *Hom. in de verb. Isa., x*, sic loquitur: « Quemadmodum piratae qui mare « navigis infestant, non tum ubi conspexerint « naves e portu exeuntes, invadunt, quid enim « hinc fructus caperent, si scapham inanem de-
« mergerent? Sed ubi redierit onusta, tunc om-
« nes expediunt artes; ita sceleratus iste dæmon « simul atque videt aliquos multa collegisse, vide-
« licet jejunia, preces, eleemosynas, castitatem, « reliquasque virtutes omnes, ubi videt navigium « nostrum esse plenum pretiosis pietatis lapidibus, « tum irrumptit, undique thesaurum perfodiens, « ut in ipsius portus ostiis scapham demergat. »

VERSUS 26.

Cum autem crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania.

1. — Lyranus, *ibid.*, dicit, quod postquam bonum fidei christianæ semen per mundum fructificare coepisset, malum quoque hæreses semen quod absconditum latebat, paulatim sese prodiderit, quando nimirum hæretici aperte contradicebant eisdem et persequebantur fideles. Unde Chrysostomus, in *Cat.*, ait: « In principio heretici obum-
« brant seipso, cum autem multam acceperint « libertatem et sermone aliquis cum eis participa-
« verit, tunc venenum effundunt; » hæc porro can-
« tela utuntur, inquit idem Chrysostomus, quod a principio zizania, id est, hæreses et errores suos occultent: « Primo aliqua bona dicunt et prædicant

« laicis et post inferunt aliqua mala de clericis, quan-
« libenter audiunt et sic advertunt populum a dilec-
« tione clericorum et sic per consequens Eccle-
« siæ. »

2. — Chrysologus verba hæc interpretatur de illis, qui in principio, magnum in defensione fidei nostræ fervorem commostrarunt; at vero persecutionis tempore adveniente, frumentum paulatim in paleam degenerat; « Flores multi multitudinem « fructuum pollicentur, sed examinati ventorum « flabris ad fructum paucissimi perseverant; sic « credentes in Christo multi Ecclesie videntur in « pace, ubi autem persecutionis procella perflave-
« rit, pauci martyrii repeririunt in fructu. » *Serm.* *xvii.*

3. — Porro zizania aliquosque occulte quidem delituerunt, tandem vero amplius celari nequiverunt: *Tunc apparuerunt et zizania;* difficile enim est, quod hypocrisis tandem non se manifestet. « Ex fructibus eorum cognoscetis eos, significat, » inquit Jansenius, *Conc. Evang., cap. lvi.*, « ad tem-
« pus quidam plerumque malis bonis permixtus « ob sacramentorum et nominis christianitatis commu-
« nionem, non posse statim discerni, cognosci au-
« tem tandem ex eo, quod non eosdem fructus « profertur cum bonis. »

4. — Notandum est item, quod eodem tempore, quo triticum crescit, iuxta illud quoque zizania se prodant, quia quanto amplius anima aliqua in perfectione et sanctitate crescit et proficit, tanto amplius dæmon tentationes suas adangit. Unde circa illa verba Jobi, xxxviii, 24: *Per quam viam spargitur lux dividitur æstus super terram.* S. Gregorius scribit: « Cum divina lux in mentes humanas spargitur, « mox ab oculo adversario tentamenta succres-
« cunt. »

5. — Malum hoc semen, infernalis serpentis venenum, longo temporis spatio, in eodem agro simul cum tritico germinat et crescit, nec tamen cognoscitur, ut nos inde discamus, quod nulla nobis dæmon mala multaque vitia insinuet, quæ in exteriori quidem apparentia virtutes nobis esse videntur, sed sub specie recti decipit nos et illud, siquidem transfiguratur in Angelum lucis. Unde S. Hieronymus, *Ep. xv ad Letam*, ait: « Venena non « dantur, nisi melle circumlita, et vitia non deci-
« piunt, nisi sub specie et umbra virtutum. »

VERSUS 27.

Accedentes autem serci patrisfamilias, discerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania?

1. — S. Paschasius, *lib. vii in Matth.*, dicit: *Accedunt mente; et non corpore, non loco, sed fide.* Porro quoniam hi servi sint, Lyranus hisce verbis

declarat: « Sunt Patres antiqui, qui fuerunt in pri-
« mitiva Ecclesia, qui admirantes perfidiam hæresis « insurgentem, ad Domum accesserunt per oratio-
« nem inquires, unde talis perfidia oriretur. » Quibus Deus opera dæmonis id factum esse revelavit, ita nimirum permittente divina dispositionis ordine, ut fides suorum magis stabiliretur.

Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo?

2. — Chrysologus, *Serm. xvi*, ingeniose advertit servos non dixisse: *Seminavimus*, tametsi credibile sit, quod Dominus ipsorum opera ad hanc culturam fuerit usus: « *Seminasti*, non seminavimus, « nos quod per te facimus, tibi semper nostro « assignamus auctori et tu in his, quæ nobis facienda « præcipis, ipse operator existis. »

3. — Porro de hoc, a caelesti agricola, cultivato agro idem dici potest, quod Isaias, v, 4, sub metaphora vineæ, de populo suo ait: *Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ et non feci ei?* Etenim divina omnipotentia et beneficentia benigniores super solum istud influentias dimittere non potuit; unde S. Apostolus ad Romanos, viii, 32, scribens, postquam considerasset, quod Deus in hunc agrum, pretiosissimum Filii sui semen commiserit, siquidem semen est verbum Dei, mox subiungit: *quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Verumtamen ecce tibi hujus admirationis causam.

Unde ergo habet zizania?

1. — O rem dignam, ob quam ipsimet quoque Angeli cælestes merito obstupescant! quod videlicet, cum tam specialia dona gratiarum et auxiliorum, pro salute nostra comparanda acceperimus, intra nos tamen infernale lolium et zizania succrescere poterint. S. Paschasius, *lib. vii in Matth.*, ait: « Quæ nimirum vox plena admirationis est, plena « stupore et pavore. » Quæ enim ratione capere quis poterit, inquit S. Paschasius, quod natura humana, quæ in tam bono et excellenti statu creata fuit, adeo turpiter et probrose nihilominus degeneraverit? « Ut aliud esset, non per naturam, sed per « vitium, quam quod creata est. » Quisquis enim illam a prima origine sua, in illo innocentie et justitie originalis statu, qualis tunc fuerit, considerat, merito querere cogitat; unde habet zizania? Quod homo eo fine creatus, ut hic in terra Paradiso fruatur et insuper alio Paradiso gaudeat in cælo, nihil aliud esse appareat, quam zizania et palea, ad fovendum ignem inferni, quis non obstupescat?

5. — Paulus de Palatio, *in Matth.*, ait: « Justis-
« sima plane admirandi ratio, cur sunt tot homines « mali; cur peccato homines adeo? Quid dulce « peccatum habet, ut nos ad se ita alliciat? Si pec-
« catum est, malum est; si malum fugiendum igitur, non amandum. » Numquid voluntas nostra solum bonum amando prosequitur et ad illud

solum natura sua inclinatur; quæ igitur ratione fit, quod malum secleretur? Si peccatum directe est contra Deum, a cujus manu quotidie bona innumera recipimus et deinceps recipere possumus, cui igitur tam enormiter illum offendimus? Quam in re id Deus de nobis demeritum est, ut illum tot modis, tamque indigne contumeliamur et tractemus? Præterea ex quo peccatum in ipsiusmet peccatoris damnum et perniciem redundat, cur igitur illud adeo insolenter committimus? *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam.* Ps. x, 6. His omnibus addi potest, quod quaecumque semen noxium et malum, inimicus in cordis nostri terram seminet, cujuscumque generis machinam adversum nos in perniciem nostram moveat, attamen omnia isthæc nihil nobis nocere possunt, nisi nostrum illi demum consensum. Numquid igitur justa et rationabilis est admiratio, in quo obstupescendi causa, dicendum: *Unde ergo habet zizania?*

6. — Considerari quoque hoc loco potest, quod, cum zizania illa simul cum tritico producta fuerint, illos significet, qui alias perfecti et sancti, facile tamen se perverti sinit. Numquid mirum est, quod Petrus aliquis, qui paulo ante tot promissis sese, ad Magistrum suum ad mortem usque non deserendum, obstrinxerat, ipsum nihilominus paulo post repetitis verbis etiam cum adjecto perjurio pernegarit? Quod David aliquis, de quo Deus, *Act. Ap. xii, 22*, dixerat: *Inveni virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas,* postea nihilominus in peccata adulterii et homicidii tam turpiter lapsus fuerit? Quod latro aliquis et viarum predicator publicus in cælestem quemdam Seraphinum subito transmutetur, audieritque sibi dici: *Hodie mecum eris in Paradiso;* et contra vero quod Judas aliquis, qui electum antea frumentum fuerat, postea tanquam traditor Christi et pessimum pretiosissimi sanguinis illius divenditor, ex desperatione in furca se suspendit?

Additiones.

a. — *Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania?* Possemus hanc interrogationem Deo proponere, posito namque tam bono semine in nostra natura, quando eam creabat, videmus eam adeo plenam zizanis, id est, vitis; respondetque nobis, illud semen non fuisse a manu sua sed dæmonis, et nostra. Optimum enim semen seminavit in anima nostra Dominus, innocentiam. At zizania superseminavit inimicus, id est, peccata. Legitur, *Genes., v, 1*: *Creavit Deus hominem; ad similitudinem Dei fecit illum;* Creator autem qui homini ad similitudinem suam esse communicavit, amor est, bonitas est, justus, patiens, mitis, purus, misericors est, omnesque in se alias virtutes includit; « ita homo creatus est, » inquit S. Ambrosius, *de dign. Con. hum.*, iii, « ut charitatem ha-
« beret, ut bonus esset et justus, ut patiens atque